

posito lincopensi VII iumenta vlgariter dictum løsbuikh cum pullis si qui fuerint. duo puluina. duo mensalia et vnam ollam assigno, Domino birghero canonico duo puluina, Magistro kanuto I mensale duo puluina et vnam ollam Item domino Marco sacriste III marchas denariorum in quibus michi tenetur dominus Røricus birgersson — — — —

Det öfriga fattas, emedan följande bladet i Codex blifvit bortskuret.

1306.

1300 d. 8 April.

Upsala.

BENGT BOSONS Stadfästelse på Nils Ubbesons enka, Julianas Testamente, af den 25 April 1298. (Se föregående N:o 1232).

A. 4.

Ego BENEDICTUS BOOSSON nunc proximus heres dicte Juliane ex parte mea et heredum meorum predictum testamentum ratifico, sub condicione quam venerabilis pater dominus meus archiepiscopus super terra in sæby legata expresserit secundum dicte Juliane et meum beneplacitum et consensum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum vpsalie anno domini Millesimo. Trescentesimo, In die parasceues.

Är tillskrifvet vid slutet af ofvannämnde original-testamente.

1307.

1300?

JOHAN LITLES af Myrby intyg om den öfverenskommelse, som Bengta af Berga, innan hon gick i kloster, uppgjort med sina släktingar om hennes fädernegods.

A. 6.

Omnibus presencia visuris vel auditoris JOHANNES dictus PARWS de Myrby salutem in domino. Vniuersitati vestre notum facio per presencia quod cum soror benedicta de biergum religionis habitum vellet assumere ego ex parte ipsius suos veros heredes secundum leges terre et consilium domini mei benedicti legiferi rite atque legaliter citaui, vt ad ipsam conuenirent ac eius bona patrimonialia iusto precio iure empcionis sibi vendicarent, qui prefata bona emere non sufficientes a predicta sorore benedicta petebant humiliter et attente quod ipsa de suis bonis aliquam partem diuine remuneracionis intuitu eis daret, consencientes vt de reliquis bonis suis mobilibus et immobilibus libere secundum velle proprium et beneplacitum ordinaret, Supradicta vero soror .B. verorum heredum suorum videlicet sororis patris sui, que vocatur øa, et filiorum ipsius thoriri et holmstani precibus inclinata, eis partem quandam de suo patrimonio in bøthaskogh possidendam assignauit, memoratque øa et filii eius thorirus et holmstanus, quicquid iuris in hereditate sepe dicte sororis habuerunt in manus eiusdem, presentibus hemmingo sunasun. gerdaro thanne ærinwardo de biergum, birgero de stafby, et karulo de bier-

gum, legaliter resignarunt spontanee, consencientes plenarie vt ipsa sua bona mobilia et inmobilia daret vel venderet libere secundum sue beneplacitum voluntatis huic assignacioni et resignacioni ego personaliter interfui, ac eam rite secundum consuetudinem et leges terre publice promulgavi In cuius rei testimonium sigilla dominorum Nicolai legiferi werendie et Nicolai sestridisson cum meo proprio presentibus sunt appensa.

På frânsidan: aff Bôta skogh.

Sigillen N:o 1 och 2 skadade; N:o 3 borta, remsan qvar.

1308.

1300 d. 13 April *).

Grefve JACOBS af Halland Förpantningsbref på Herlef i Grimmeton, Jonsryd och Straksryd till Henrik Morijn för 500 lödig mark silfver, med vilkor, att dem när som helst mot samma summa kunna återlösa, äfven om de af honom till någon annan under tiden förpantas.

E. 80. c. 5.

Omnibus præsens scriptum cernentibus JACOBUS Dei gratia Comes Hallandiæ eternam in Domino salutem. Noverint universi tam posteri quam præsentis, quod dilecto nobis in Christo Domino Henrico Moryn **) et Hæredibus suis omnia bona nostra infrascripta, videlicet in Grymätunä herleef qvæ habuimus de Thyrberno Swenson Ionsryth et Straksryth, cum omnibus et singulis prædictorum bonorum adjacentijs scilicet colonijs, inqvilinijs molendinis silvis agris, pratis, pascuis et piscaturis cæterisque alijs suis casibus nominatis et innominatis nullo exempto pro qvingentis marchis puri argenti, ponderis colonijensis impignoramus per præsentis pro proprijs suis usibus, usque ad dicti argenti totalem solutionem libere ordinanda, ita quod idem Henricus Moryn et ipsius Heredes incumbente eis necessitate possint ea deinceps, cui voluerint pro tanta Summa argenti ut præmittitur, exponere titulo pigneris et non perpetue alienationis præconditionaliter per exclude pro eo tantum quod nobis et Hæredibus nostris post nos debitum jus et plenaria auctoritas reserventur et salventur, prænominata bona omnia cum omnibus suis suprascriptis pertinencijs a quocunque cui dicta bona pro memorata qvantitate argenti exposita fuerint, et quandocunque nobis placuerit redimendi, prohibitus et firmiter et præconditionaliter subsequens articulus et subscriptus fiat omnibus Successoribus nostris in dictum Dominium Hallandie, principibus vel Dominis qualibuscunque vel quibuscunque utputa, quod se de dictis bonis, cuicunque persone impigneratis pro eorum aliqua impetione vel revocatione nullatenus intromittant antequam pro qvingentis marchis puri argenti ponderis colonijensis a quocunque cui impignorata fuerint redimentur. Datum sub testimonio Sigilli nostri, nec non et Sigillorum

*) Skulle kunna vara 1304 den 29 Mars.

**) Kallas hos Suhm, Hist. af Danmark, Tom. II, pag. 360, Moryn.